



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

- XX. MARGARETHA *Præposita Ob. Cal. Febr. an. 1498. inguinaria peste consumpta.*
- XXI. EVPHEMIA *de Mur, Ob 15. Iulij, An. 1521.*
- XXII. SABINA Pyrkhemerin Noribergensis *Patricia ob. apoplexia 22. Decemb an 1529.*
- XXIII. EVPHEMIA *prædefunctæ Abbatisse soror electa 23. Januar. Anno 1530 plurimas grauissimæq; calamitates perpessa, de quibus lector Bruschiūm alioq; videre potest Ob 15. Nouembris an 1547.*
- XXIV. CATHARINA Haberreynin è Perchingo *Episcopatus Aichtensis oppido (qua Catalogum hunc communicauit Brusso) electa fuit VI. Decembr An. 1547. De Priviliegiis & aliis, que ad hoc Monasteriū spectant, videatur Bruschiūs loco prædicto.*

B E R N F R I E D.

MONASTERIVM Canon. Regularium S. Augustini, ad stagnum Wirmsee. Fundauit in honorem S. Martini Episcopi Comes Otto de Vallay, cum coniuge sua Adlhaide, Auent. fol. 552.

H V I V S Monasterij prima confirmatio facta est à Ioanne XXII. Anno 1120. secunda ab Eugenio tertio.

SEPVLTI sunt ibi Otto fundator, cum fratre Ottone juniore, Mechtilde sorore amborum, & Adlhaid, vxore Ottonis, senioris in Capitulo, ut ibi habetur.. Sed Auentin. neq; fratris, neq; sororis meminit.

Ibi Herlucæ sacratae fœminæ sepulchrum ostenditur, Ioan. Auent. l. 5-f. 591.

A D D I T I O N E S.

C ALISTVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis in Christo filiis Othoni A. Præposito, & eius Fratribus in Beati Martini Ecclesia regularem vitam professis, tam præsentibus quam futuris in perpetuum. Religiosis desideriis dignū est facilem præbere cōsensum, ut fidelis deuotio celerem fortificatur effectum. Eapropter nos tam vestris, quam nobilis viri Othonis precibus inclinati, Ecclesiam vestram in honorē Domini Salvatoris, & Beati Martini intrà Episcopatum Augu-stensem, in loco qui dicitur BERNRIED, constructam, in qua sub regulari sytæ obseruantia, & Canonici Ordinis disciplina omnipotenti Domino seruire decreuisti, in Beati Petri Romanæ Ecclesiæ tutelam, protectionemq; suscipimus, & Sedis Apostolicæ patrocinio communimus. Statuimus enim, ut omnia quæ illi vel ab eodem Othoni, & vxore eius Adelheide, vel ab aliis fidelibus de suo jure aut jam collata sunt, aut in posterum largiente Domino conferentur, quieta vobis, vestisq; successoribꝫ, in eādem religione mansuris, & illibata permaneant. Decernimus quoq; ut nulli omnino hominum liceat eandem Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare: sed omnia integrè cōseruentur, eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione cōcessa sunt, vībus omnimodis profutura, salua Augustensis Episcopi reuerentia. Præpositorum vero libera & Canonica, maxime de eadem, vel de qualicunq; spirituali congregatiōne fiat electio, & post professionem justè exhibitam, nemini vestrum liceat proprium quid habere; nec sine Præpositi vel cōgregationis licetia de claustro discedere, ut in eo, quod assump-tis, propōsito largiente Domino constanter in perpetuum maneatis. Aduocati etiam & defensores eidem Cellæ viles ab ipsius locis fratribus prouideantur, & liberè eligantur. Ad indicium autē perceptæ huius à Romana Ecclesia libertatis Albam cum cingulo & amictu Beato Petro in Lateranensis palatijs Capella singulis trienniis persoluetis. Si qua ergo in futurum Ecclesiastica, secularisue

Metrop. Salisb. Tom. II.

N 3

perso-

persona hanc nostræ Constitutionis paginam scienter contra eam temerè venire tentauerit, secundò, tertioue commonita, si non congrua satisfactione emendauerit, potestatis honorisq; sui dignitate caret, reamq; diuinio judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat: & à sanctissimo corpore & sanguine Dei & Domini nostri Redemptoris IESV Christi aliena fiat, atq; in extremo examine distictæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa seruantibus sit pax Domini nostri IESV Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipient, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inueniant, Amen, Amen, Amen.



D. Calixtus Catholicae Ecclesiæ Episcopus.

Datum Laterani permanum Hugonis Sanctæ Rom. Ecclesiæ subdiaconi,
2. Idus Nouembr. Indictione prima. Incarnationis Dominicæ anno MCXXII.
Pontificatus autem Domini Calisti Papæ secundi, anno quarto.

Iohannes Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilecto filio. Præposito Monasterij S. Georgij extra muros Auguſtenses, per Præpositum soliti gubernari, salutem & Apostolicam benedictionem. Ad Audientiam nostram peruenit, quod tam dilecti filii Præpositus & Conuentus Monasterij in Bernried per Præpositum soliti gubernari, Ordinis Sancti Augustini, Auguſten. dioces. quam prædecessores eorū decimas, terras, domos, possessiones, vineas, molendina, nemora, redditus, jura, jurisdictiones, & quædam alia bona ipsius monasterij, datis super hoc literis confectis exinde publicis instrumentis, interpositis juramentis, factis renunciationibus, & pénis aduersis in grauem eiusdem Monasterij laſionem nonnullis Clericis, & Laicis eorum ad vitam, quibusdam vero ad nō modicum tempus, & aliis perpetuo, ad formam, vel sub censu omnium feudum antecessorum, quorum aliqui super his confirmationis literas in forma comuni à sede Apostolica imperato dicuntur. Cum itaq; * nūc inter sit laſis Monasteris subuenire, discretioni tuæ per Apostolica scripta mādamus, quatenus ea quæ de bonis prædicti monasterij per concessiones huiusmodi alienata inuenieris illicite vel distracta, nō obstantibus literis, instrumentis, juramentis, renunciationibus, pénis & confirmationibus supradictis, ad jus & proprietatem, eiusdem, monasterij legitime reuocare procures. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili cessante compellas veritati testimoniū perhibere. Datum Aūiōni, Non. Ianuar. Pontificatus nostri Anno sexto.

PRÆPOSITI BERNRIEDENSES.

C. I. OTTO Anno Christi 1120.

Circa hæc tempora fuit juxta ripam fluminis, in loco qui vocatur Eptaticus, nunc vulgariter Eppach/monasterium quoddam sacrarum virginum, distans unum miliare à Canobio Weilenprunn: in quo claruit triginta sex annis B. Herluca virgo & monialis, ex Alemannorum sive Sueuorum stirpe progenita. Hæc, inquam, virgo Herluca habuit unam secum in Collegio sacram virginem nomine Juditham, filiam cuiusdam nobilissimi viri Rudberdi, & Hadeviga uxoris eius qui etiam pariter in eodem loco reliquerant sepulchrum. Quæ Juditha cum postmodum infirmari caput, & alia quedam virgo Luicarda,

*vid. Vitam D. Herluca
A. Secur. B.
Gretsero castana.* *qua fuit herlucae nepis, languore inualecente decubuisse in lectulis, auditæ est inter eas altercatio jucunda de prioratu migrandi ad celestia regna: tandem mortua aliquoties Beata Herluca apparuit, paucis post annis moritur & Beata Herluca sepeliturque in Canobia Beronicenli quod viuens frequenter innisit, etiam moriens deferere noluit.*

Anno Domini 1131.

Paulus

Paulus Canonicus Ecclesie Ratisponen. ab Henrico Imp. IV in exilium actus, suscep-
pit in hoc Canobio recens fundato habitu Ordinis Canonicorum Regularium, & scriptis defendit q.
vitae Gregorij Papa VII. deinde res gestas B. Herluca virginis & monialis in canobio Episcopi-
tico, unum milliare distante a monasterio SS Petri & Pauli in Wessenpruñ que virgo mo-
riens a suis in canobio Beronicensi sepeliri voluit cuius tuba adhuc conspicitur in media Eccles.
II. HERMANNVS An. 1152.

III. HENRICVS An. 1167.

IV. EBERHARDVS An. 1190.

An. 1211. Otto Comes de Vallay dedit Canobio liberam potestatem eligendi advocatus,
in villa Malchingen. Idem Comes Otto contulit huic Canobio priuilegium, ut omnes, qui
in hac Ecclesia contrahant matrimonia perpetuo jure eidem cum omni sua posteritate inser-
uirent, Dat in Bernried. *An. 1211.*

V. OTTO II. An. 1226.

VI. REMBOTHVS An. 1268. Hic Synodo Augustana, quam Sigefridus Episcopus
celebravit *An. 1287.* unum cum reliquis Prelatis interfuit.

VII. CVNRADVS S. An. 1300. Interfuit Synodo quā Fridericus Episcop. Augst. a habuit.

Henricus & Otto germanifatres Duces Bauaria omnia bona Monasterij una cum
suis subditis ab omnibus exactionibus exemerunt, ambo enim diu in hoc Monasterio fuerunt
propter excommunicationem *An. 1323.*

VIII. VDALRICVS An. 1330.

IX. IOHANNES An. 1367.

Ludouicus Imp. & Dux Bauarie donavit huic Canobio Ecclesiam parochiale in
Haymshouen. eō quod plurima bona fuerint a monasterio ablata *An. 1345.*

Iste Praepositus Sacellum extra fōres Ecclesie in honorem S. Mariæ Magdalenaæ, San-
ctag. virginis & martyris Catharinae sumptib. monasterij curauit.

X. VDALRICVS II. An. 1381. hic exstruxit templum in honorem glorioiss. Virginis,
in quo nuptiae celebrarentur, quod dedicauit Fr. Albertus Episcopus Salonen. Ordinis
Fr. Minorum & Episcopi Augustani Burchardi Coadiutor *An. 1382.*

XI. IOHANNES II. An. 1410.

Interfuit Synodo, quam Anselmus Episcopus Lauinge habuit. *An. 1414.*

Petrus Episcopus Augustanus Praepositum & Conuentum rededit in meliorem for-
matam iugisq. ut acceptaret statuta Branda rit. S. Clementis presbyteri Cardinalis *An. 1422.*

XII. VDALRICVS III. An. 1425. Iste Praepositus propter nimiam tenacitatem, vel
potius auaritiam, noluit quotannis ut fama habet sui Canobij famulis aliquid dare, vt
imaginē Christi seculchro resurgentis infesto Ascensionis ducerent in sublime sed ipse
solus euexit, & subito decidit, de quo hoc habetur Epitaphium: Anno Domini 1435.
obratus est Dominus Praepositus hic.

XIII. IOHANNES III. An. 1433.

**IOANNES Tit. S. Martini in montibus Presbyter Cardinalis de Bauaria vni-
gariter nuncupatus, dedit huic Praeposito facultatem, eligendi confessariorum, quem cunq. vel-
let, & licentiam absoluendi ab omnibus censoris Ecclesiasticis.** Quam licentiam Calistus
Papa III. ratam habuit: idemq. Pontifex iussit bona iniusto titulo ablata Canobio sub pena
excommunicationis restituere: omnia Privelegia à Romanis Pontificibus, Regibus & Prin-
cipibus Canobio concessa, nec non Ecclesias parochiales huic Monasterio incorporatas confir-
mauit. Albertus Dux Bauaria dedit Monasterio priuilegium, ne salis ex actiones ex urbe
Monacensi usq. ad Canobium exigantur. Idem Dux feudum banni Lyngensis cum diuense-
rio & alijs libertatibus eisdem pagi concessit.

XIV. BERNARDVS. An. 1464.

XV. IOANNES IV. [Cellarius] An. 1471.

Sigismund⁹ Dux Bau. cōstrui, cōscrari & pingi curauit altare medium in hon. S. Cris. *An. 1484.*

XVI. HENRICVS Erngries, An. 1487.

XVII. GEORGIVS Molitor, An. 1498 hic imaginem S Martini, & Imaginem D. Virginis stantis, Iesulumq; in vlniseius sedentis ex argento confecit. Brachium quoque argento fabricauit.

XVIII. PETRVS Streitl, An. 1500. Interfuit Synodo, quam Heinricus Episcopus Dilinge habuit, An. 1506. Imaginem Iesuli stantis ex argento, Altaria S. Michaëlis, SS. Apostolorum, S. Anne, S. Sebastiani, S. Leonardi fieri curauit; Tres Calices argenteos deauratos emit, maximam campanam fundi, eamq; Mariam vocari voluit.

XIX. IOHANNES V. Dutzinger, An. 1520.

Wilhelmus Dux Bauariae concessit huic Cenobio, vt in posterum duabus sagenis in lacu Vermium ueteretur, deinde artem nouam piscandi, que dicitur, mit den rollen / vnd Springer/tertio, mit den Fladern vnd Krautsegen / acornu lacus vsg; ad septem quarto, vt habeat seu imponat baculos à festo S. Georgij, vsg; ad festum S. Bartholomæi: quinto, den Renckenlaich per totum Aduentum.

Hic Præpositus construxit turrim Ecclesie D. Virginis sacre, An. 1522. Pergma seu sacrum, in quo afferuatur venerabile Sacramentum magno sumptu ex lapide fieri curauit. An. 1524 sedilia in Choro affabre fecit. An. 1521. Ambitum variis picturis exornauit, Anno 1528. Deniq; Lacunar opere lignario in templo fieri curauit, An. 1534.

XX. IOHANNES VI. Fabri, An. 1535.

Hic Præpositus curauit fieri prespe Domini, vnde cum tribus Regibus in Sacello S. Catharinae: nouum quoq; edificium suprà dormitorium extruxit pro recreationis loco.

XXI. FRANCISCVS Gremold. S R Eccl. Com. Palat. factus An. 1541, postulatur in administratorem Cenobij R H O R , Anno 1551. Synodis interfuit, quas Otho Cardinalis Dilinge celebrauit Anno 1548. Et 1567. Emis Crucem in casula cum corporali CCL. florenis An. 1563. Huius etiam jussu Organum factum est, Anno 1564. Refectorium hyemale construxit, & horreum pro condendis frugibus, Anno 1566, quo eodem Anno Dn. IACOB A. Ducissa, Wilhelmi Boiorum Duciis vidua donedid Cenobio Casalam ex auro crisante confectam.

XXII. CASPARVS Weiß, An. 1572. Hic altare in Choro de novo CC. florenis construxit Anno 1587. Item Altare B. Virginis Anno 1577. & Altare S. Augustini Anno 1578. Imaginem argenteam Caspari Regis munera Christo recens nato ferentis fieri mandauit Anno 1588. Nouam habitationem pro Principibus extruxit Anno 1589. David Abbas in Andex & Hieronymus Stor Vicarius Augustanus. Præpositum & Conuentum redegerunt in meliorem viuendi modum, quibus chartas reformationis prescripserunt Anno 1592.

FERDINANDVS Dux Bauariae fieri curauit uestes sacerdotis ministrorumque, nec non planetam cum tegumento Altaris ex holofericō flavi coloris his addidit vexillum magnum eiusdem panni & coloris.

XXIII. WOLFGANGVS Scriba, An. 1592. Pollubrum cum duobus vrceolu ex argento fieri curauit An 1592. Sacellum D. Virginis pulcherrimis imaginib. exornauit eod anno. Vendidit Ser.º Duci Guilielmo predium Scleisheimense, cuius pretio maximum & alienum, quod antecessor conflauerat, dissoluit: tunc Idem Dux ut animaduertit hoc ipsum Cenobium propter nimia debita redigi ad paupertatem, sua sponte donauit Ius patronatus Ecclesie Reichlingensis, unde quotannis ducenti Cenobio soluuntur floreni. Anno 1593 Introitum Monasterij cum turricula, & molendinum construxit, An. 1594. Et hoc ipso tempore adhuc Præpositorum præst feliciter & cum laude.

B E R C H T O L S G A D E N.

MONASTERIVM Canonorum Regularium S. Augustini Ioannes Aueninus in hac fundatione variat, Nam in lib. 5. Annal. fol. 552, ponit: Chuno à Medling